











A eduxi, eosque in se ruentes redactis repente agminibus clausi...

Carolani à Theffaliam in Beroiam traducti, cum à principe Athenarum transitus illis negaretur...

Huffarum dux in Boemia Joannes Zifcha, circumventus ab hostibus equitatu prævalentibus...

Sigimundus Imp. contra Zichonem Thaboritarum ducem in montibus Carinensibus prælio decertaturus erat...

Edoardus Anglia rex, cum magna frage in portu Flandriae Gallos affectisset, audiret verò Boemorum regem Joannem cum Carolo F. in subsidium à Philippo VI. Gallorum rege evadatum adventare...

Presbyter Joannes Indorum rex, Saracenorum equitatu circumdatus, status hominum æneus equis imponit, intus concavas, materia ad ignem fovendum apta plenas...

Situm turbati in fugam effunduntur. Vincent. libro 31, cap. 10. E Spe. hist.

Inno Henrici Imp. dux, obsessus à Gisleberto Lotharingensi duce, irumpentes equites obsessis alvearibus apum inhibuit...

ELEPHANTOS HOSTIUM INUTILES

reddere, Terrere.

Polyperchon Megalopolim dejectis muris cum elephanis expugnare parabat. Megalopolitarum dux Demis, qui fuerat in Asia cum Alexandro, & natura usque elephanti peritiam habebat...

Antipater Macedonum rex, Megarense bello adortus, elephantiurum copia hostibus facile superior erat...

Metellus Col. in Sicilia bellum gerens, adversus Astrubalem ob ejus ingentem exercitum & cxxx. elephantis intentior, diffidentia simulata, intra Panorum copias tenuit...

ARMA HOSTIBUS

Adimere.

Pisistratus Atheniensibus arma volens adimere, mandato promulgavit, ut omnes cum armis in Anaceum venirent...

Theocles Megarense, cum sex menses Chalcedensibus cohabitasset, eiecit ex urbe hoc astu. Dicebat, se bellum tempore votum nuncupasse, si urbe postea sine periculo fuisset...

A dum sacrificium petagerecitur, ipsi in morem pompe gradientes, posteaquam in foro armati confisterent: Theocles praconem iussit proclamare...

Phalaris, ut Agrigentinis arma eriperet, ludos gymnicos splendidissimos extra civitatem se facturum affirmavit...

Faunus, cum Diomedes in Italia à vita decessisset, funebres ludos instituens, primo die Graecorum armorum pompam duxit...

Campani fœdus cum hostibus pepigerat ca lege, ut eis dimidium armorum partem traderent. Disiectis ignem armis dimidium eos recipere jussent.

ALEXANDER III. pacem cum Friderico I. Imp. firmata, Concilium in Laterano celebravit, tum ut mores curiæ jam nimis licentia labefactos componeret...

ARMA ET TELA HOSTIUM INUTILIA

REDDERE, NOBISCUM INNOXIA.

ALEXANDER Macedo in pugna ad Arbelam contra falcatos cunctis remedium tale exogavit. Pedes omnes phalangis commouit, quando propius impulsus fuisset currus...

CLEONYMUS Aedam oppugnans, cum moenia cecidissent, & hostes exiret arsisseri (quælibet facta cubitorum fœdum erat) suam phalangem in profundum condensavit...

CLEARCHUS Cyro supplicias ferens, agmen Graecorum ab initio quidem tardè duxit, & ceteris ordinibus perterrens Barbaros...

L. PADIUS adversus Persam Macedonum regem, cum is phalangem suorum duplicem, mediam in partem direxisset, eamque levi armatura cinxisset, & equitem in utroque cornu collocasset...

Parti M. Antonium ex itinere adorti, ut descendentes ex declivibus tutissimos adorti sunt Romanos, & lentè digredientes telis infutimurte figere...

se, objiciebant cuncta sua. Qui à tergo horum stabant, arma tehebant super hos, ac super illos pari modo alii. Ea figura recto affinis, speciem præbet theatri, & munimentum est ad pœcula arcenda...

Ventidius adversus Parthos non antè militem eduxit, quam illi quingentis non amplius passibus absissent: atque ita procursionem subita adeo se admovit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus applicurus eluderet...

TIBERIUS Imp. II. contra Hormisdam Persarum regem bellum gerebat. Persæ, quod magnam sagittarum vim conceperunt, visi sunt habere meliores partes, Romanis sub clypeorum tegmine se ipsos tenentibus, neque progredi ausis...

Septentrionales, quando hostium sagittis deluper in naves insidentibus urgentur, velis laxis naves obturgunt: quorum molli resistentia sagittæ suscipiuntur, earumque impetus infringitur.

Hungari è Saxonia magnam puerorum ac mulierum prædam agebant, viris cæcis. Henricus II. Imp. cum exercitu, licet ægrotus, illis occurrens, hoc stratagemate suos munit, ut æquo gressu, junctis simul clypeis, sagittas hostium excipiant...

Eo prælio navali, quo Olavus Norvegiarum rex contra Svenonem Danorum regem conflixit, Enarus quidam Norvegius artificioso arcus genere tanta vi sagittas torquebat, ut obvia quæque pertumperet...

Castellum sancti Angeli Laudensi in via ad Lamburum animum possum, in potestatem redegit Ludovicus Balbinus, cum delecta parte copiarum eò missus ab Antonio Leva imperatore copiarum Caroli V. Imp. contra Maximilianum Sforciam...

Turcæ Albam regiam oppugnantes, propugnaculum unum ceperant. Germani densata acie, descensum Turcarum expectantes, ita per acclivem aggerem inclinatam hastas continebant...

Turcæ Albam regiam oppugnantes, propugnaculum unum ceperant. Germani densata acie, descensum Turcarum expectantes, ita per acclivem aggerem inclinatam hastas continebant...